

generatio, vel omnino nō generatio: vel si est, q̄ sit idem quod alteratio. Et quāvis hoc sit difficile solueri, debem⁹ in tentare solueri hanc difficultatē. Deinde cum dicit,

VATA B. Principium autem horum omnium est, utrum ea quae sunt generentur hoc pacto, accrescant, alterenturq; & hi sece contrarias subeant mutationes, magnitudinibus primis nullam diuisionem admittentibus, an nulla sit magnitudo indiuisibilis: hoc enim interest quam plurimum. Et rursus, si magnitudines sint in se scilicet, utrum hae corpora sint, ut Democrito placet, atq; Leucippo, an plana, ut in Timæo scribitur?

ANT. T. c. 7. Principium autem horum omnium, utrum sic & generantur, & alterantur, augmentantur ensia, & contraria his patiuntur primis magnitudinibus existētibus in indiuisibilibus, aut nulla est indiuisibilis magnitudo, differt enim hoc multum. Et rursus, si magnitudines impartibiles sint, utrum, ut Democritus & Leucippus, haec corpora sunt, vel, ut in Timæo, plana.

Procedit ad soluendum praedictam difficultatē: & primo mittit duas quaestiones, quae necessariae sunt ad soluendum praedictam difficultatē, Secundo eas prosequitur, ubi: {Hoc quidem igitur.} Dicit ergo primo, q̄ principium ad soluendum omnia praedicta oportet accipere ad hoc q̄ inquiratur primo, utrum entia naturalia sic generentur, & alterentur, & augmententur, & contrariis motibus moueantur, quod sit aliquae primae magnitudines indiuisibiles, vel nulla indiuisibilis: hoc enim multum cōfert ad propositum. Secundo autem oportet inquirere, si sunt aliqua magnitudines indiuisibiles, utrum illae magnitudines sint corporeae, sicut dixerūt Democritus & Leucippus, vel sicut planties, id est superficies, sicut Plato scripsit in Timæo. Deinde cum dicit,

VATA B. Hoc igitur ipsum, fieri, inquam, dissolutionem ad plana usq; cancellos egreditur rationis. id quod, alio quoq; loco iam diximus. Idcirco magis cōsentaneum rationi fuerit, corpora non posse diuidi. Verum & haec quoq; per absurdum sunt, sed tamē haece alterationem generationemq; uti dictum est, facere, conuersione & rursus atq; figurarum uarietate permutando idem, contingit: quod sanē Democritus facit. Quocirca, non esse colorem asserit, nā res ipsae per conuersionem colorem tingi censet. At illis, qui in plana diuisionem faciunt, minime. Nihil enim, planis compositis, praeter quā solida, fit, quando nulla ex eis qualitas affectusue gigni potest.

Hoc quidē igitur ipsum, ut in alijs diximus, inconueniens vsque ad plana dissoluere. Ideo magis rationale corpora indiuisibilia esse, sed haec quidem multam habēt irrationabilitatem, sed tamē & his alterationem & generationem contingit facere, ut dictum est, conuersione, & contactu transmutates idem, & figurarum diversitatem: quod fecit Democritus. Ideo & colorum non inquit esse: conuersione enim colorari. His autem, qui in plana formas diuidunt non adhuc, nihil enim fit praeter solida ex compositis, passione enim non suscipiunt generari aliquam ex ipsis.

Prosequitur praemissas quaestiones, & primo prosequitur secundam, quam breuiter pertransit: Secundo prosequitur primam, ubi: {Habet autem quaestione.} Circa

A primam duo facit, primo ostendit cōuenientius potuisse (quantum ad ea quae considerantur in Sciētia Naturali) Democritum q̄ Platonem: Secundo causam huius assignat, ubi: {Causa autem.} Dicit ergo primo, q̄ sicut in Tertio de Coelo dictum est, inconueniens est hoc ipsum, etiam secundum se cōsideratum, q̄ corpora naturalia res soluantur vsq; ad superficies: & ideo magis est rationabile q̄ sint aliqua magnitudines indiuisibiles, ex quibus corpora naturalia componuntur: & q̄ huiusmodi magnitudines indiuisibiles sint corpora, quam q̄ sint superficies, quamuis & hoc ipsum multam irrationabilitatē habeat, scilicet q̄ sint aliqua corpora indiuisibilia, ex quibus corpora naturalia componuntur, sicut partim ostensum est in Libro de Coelo. Sed tamen ideo est magis rationabile ponere corpora indiuisibilia quam superficies: quia his, q̄ ponunt corpora indiuisibilia esse principia corporum naturalium, conuenit assignare causam generationis & alterationis: quae quidem alteratio, sicut dictum est, transfundit unum & aliud per quandam conuersionem corpori indiuisibili, & per alium modum contactus secundum diuersum situm & ordinem: & etiam secundum differentiam figurarum, sicut ponebat Democritus assignans causam alterationis, Vnde Democritus ponebat quod color & aliae huiusmodi qualitates naturales, nō sit aliquid habens esse fixum in natura: sed quod uideretur aliquid coloratum per quandam conuersionem, id est per aliquam variationem corporum indiuisibilium secundum ordinem & situm. Manifestum est enim q̄ quaedam nobis apparent, quorum apparentia causatur ex aliquo modo relectionis secundum ordinem situs: sicut forma quae apparet in speculo, & sicut colores yridis, & huiusmodi. Itaque ergo existimabat esse Democritus omnes formas & qualitates rerum naturalium, & secundū hoc, suppositis suis principijs, ex diuersitate positionis & ordinis causabat omnem diuersitatē alterationis. Sed Platonici, qui resoluebant corpora in superficies, non poterāt assignare causam aliquid transmutationis formalis: quia ex superficiebus, quando componuntur adiuicem, nihil est rationale fieri nisi solida. Cum enim puncta, lineae, & superficies purae sint res mathematicae, non possunt causare ex se ipsis aliquam passionem naturalem, unde, sicut ex punctis non fit nisi linea, & ex lineis non fit nisi superficies, ita ex superficiebus non potest causari nisi corpus. Sed nec ipsi Platonici conantur ad hoc, quod ex missione superficierū assignent causam aliquid passionis naturalis.

B Deinde cum dicit, Sed cur parum ualeant quae consentaneae sunt perspicere, causam habet ipsa experientia uacuitatis. Quam obrem quotquot diuini circa rerum naturalium speculationem uersati sunt, y eiusdem principia, quae inter se cohaereant consentiantq; quam plurimum, supponere magis possunt. At qui e multis rationibus quenam uerē sint haud quaquam expendere consueuerunt, paucis inspectis facile pronuntiant. Porro ex hisce perpendere etiam quis potest, q̄ inter eos interstit, qui naturaliter, quique uia rationali quāpiam exercent cōsiderationē. Nā de eoque est magnitudines esse indiuisibiles, nonnulli quidē inquit, q̄d ipse, id est aliquis triangulus, plures erit. At Democritus, rōntibus proprijs, naturaeq; accommodatis persuasus esse profecto uidebit. Quod autē dicimus in progressu euadere aperta.

C Causa autem, quare non potuerunt consensu uia uideri, in experientia fuit. Ideoq; quicumque magis insudauerunt naturalibus, magis possunt supponere talia principia: quibus multa possunt complicare. Qui autem ex multis sermonibus indocti existentium intuentes, Tho, de gen. A iij ad

D Deinde cum dicit, Sed cur parum ualeant quae consentaneae sunt perspicere, causam habet ipsa experientia uacuitatis. Quam obrem quotquot diuini circa rerum naturalium speculationem uersati sunt, y eiusdem principia, quae inter se cohaereant consentiantq; quam plurimum, supponere magis possunt. At qui e multis rationibus quenam uerē sint haud quaquam expendere consueuerunt, paucis inspectis facile pronuntiant. Porro ex hisce perpendere etiam quis potest, q̄ inter eos interstit, qui naturaliter, quique uia rationali quāpiam exercent cōsiderationē. Nā de eoque est magnitudines esse indiuisibiles, nonnulli quidē inquit, q̄d ipse, id est aliquis triangulus, plures erit. At Democritus, rōntibus proprijs, naturaeq; accommodatis persuasus esse profecto uidebit. Quod autē dicimus in progressu euadere aperta.

ANT. T. c. 7. li. primo. Rōnabili⁹ est principia ponere corpora indiuisibilia: ut Democritus, q̄ superficies: ut Plato. Democriti pia crū tollerabilis. Platonico rum intolerabilis. **VATA B.** **ANT.** Inexperientia Platonici eos accusat